

*Bibliothèque numérique*

**medic@**

**Grünpeck, Joseph. Tractatus de pestilentiali scorra sive mala de Frazos... compilatus a... magistro Joseph Grunpeck,... super carmina quedam Sebastiani Brant,...**


*[Leipzig : G. Böttiger], 1496.*

*Cote : 88186*



**(c) Bibliothèque interuniversitaire de médecine (Paris)**  
Adresse permanente : <http://www.bium.univ-paris5.fr/hist/med/medica/cote?88186>

**T**ractatus de pestilentiali Scorra sive mala de Franzos  
Originem. Remediaqz eiusdem continens. cōpilatus a vne-  
rabili viro Magistro Joseph Grunpeck de Burethausenn.  
super carmina quedam Sebastiani Brant virusqz iuris  
professois.



**E**gregio Nobiliq; viro Bernharo de walkireh Li  
beraliū studiorū Magistro. litterarie sodalitatē Da-  
nubia ne lumini 7 ornamēto. Ac Canonico Cathedra-  
lis Ecclesie Augustensis Joseph Gumpert de Burec  
hausen Felicitatem optat.

Uidi pridē humanissime vir. inexactissimū ac  
curatissimū q; Eulogii quoddam Sebastiani  
Brant. pdocti imprinis et pclarī viri. cuius or-  
natus sribēdi character luculētissimaq; verba  
oī sententiarum gravitate hystoriarū q; lumie il-  
lustrata me mirifice oblectarūt. Dabēt siquidē nō minus vti-  
litatis q̄ salis cūctis mortalib⁹ subuentura. Inter cetera ho-  
rū fluctuū 7 pcellarū nri cui incomoda hanc cōtinent oī mor-  
bo acerbiorē oīq; Epidimia magis pestiferā labē. tam repēte  
in hoies demissam vt plaga celitus deussa esse videat. quam  
gentes Frācigenarū malū appellāt. qd̄ quidē tā horridū. tam  
q; terrū exilit vt etiā Herculem in humanis si vīveret terreri  
videret. Nā eius virus quidē. vt re orbilis admiscet suis igni-  
bus ppetuo crucians humana corpa. Suā dēinde corrupte-  
lam oī veneno acriorē atrabilis oīus eyaggerat Pituita po-  
stremo e primo genita sua natura pculsa itidē cōsumatū red-  
dit. Ea itaq; materies vnū in locū cōgesta. ey pfatis corruptis  
humoribus. tam fordida. fetida. squalida. rancida. ipuraq;  
oī collusione immūdiōr efficit. vt nihil hominū nature ab-  
hominabilius accedere possit. Quā quū eypellere enititur. ad  
venarū cōgressum circa naturalia virorū feminariūq; dēmit-  
tit. tandē crebrius pūssis veritib⁹q; corpis menibus xpugna-  
culis q; dirutis tanta vi sagitte cōtuse ad pyimos piliū ho-  
mines. vñ 7 affinitatē cum pestilentia habere videt egritudo  
hec. Cū vō ea carmina 7 accurata diligentia. 7 singulari arte  
ab eodē vtriusq; iuris pffore conscri pta causam remediaq;  
huiuscemodi acerbissimi morbi cōplectētes. in man⁹ meas ir-  
repsissent. illico dolor ac p̄ miseratio quedā cor meū pūssit. q;

nō ab oībus intelligi possent. tum ob scripti grauitatem diffi-  
cultatēq; tū etiā breuitatē. et ne. plebei etiā tam salutari re va-  
cui essent in maternū vt ita dixerim itcoma traduyi. Viginē  
insup huius sordis quā *Scorra*. alij *Scorra* seu *Plan-*  
*tā* noctis ceteri vocitare solēt. ex astroru cōfigurationibus sca-  
turies. remediaq; ex approbatissimoru medicorum volumib;  
manata. in tractatulu quendā p viribus meis p̄ficere curauī  
q̄ vt spero erit tibi oī x̄tute nobilitateq; p̄stati vno hui<sup>o</sup> insignis  
Capli Augustēsis Canōico dignissimo laudi nāq; licz ado-  
lescētiā pridie egressus sis. Sumpta tū virili dogma moy cun-  
ctis cōtemporancis tuis antecellere cōtigisti. profecto ea que ad  
p̄fecti viri p̄stantiā cōsumationēq; p̄tinere vident tibi pecula-  
ria vendicas. vnde maiori p̄conio quā vt hoc opusculū tibi de-  
dicare celebrādis esses. tū non tam hic meus labor tue virtus-  
ti ingratus erit. q̄z euz omnib<sup>o</sup> bonaz artū disciplinis p̄ditis  
tum maxime hominibus hoc morbo laborantibus cōsolatōi  
et utilitati. p̄terea oībus legentibus haud iniocūdis. Vale fe-  
lix. Date Auguste. ex edibus magistri Sixti Staimack San-  
ctois mei p̄cipui. xv. Kal. Nouembris. Anno. 1496.

**E**ulogiu Sebastiani Brant. Vtriusq; iuris professoris de  
Scorra Pestilēciali sive Mala de Frazos. Anni. 96. ad Jo-  
hannē Capinon Legum Imperialiū Interpretem.

Apinon illustres inter memorande poetas,

Germani specimen. nobilitasq; soli.

Fare age nam memini tibi lincea lumina.

Tam modo terrarū. forma. statusq; placet.

Cernis vt in toto. variisq; tumultibus orbe.

Sit Bellona felox irrequieta nimis.

Adq; pilam multistam ludit vltro citroq; quo nam

Querit in scirpo. scis puto. nodos iners.

Nec Sat scire licet. cui sit Cessura vel olim

Herba. quonam sistere sine globus.

Imperio paucos iam cernimus esse stiles.

Et modo Germanis Cesarem habere placet.  
 Pro se quisq; sicut ceco regnare tumultu  
 Deracta q; suum gens modo queq; iugum.  
 Etas nulla prius. neq; secula cuncta tulere  
 Tot modo quot passim. cerninos acephalos  
 Non placuit vanis pietas mansueta tonantis.  
 Pamphagus in penam rex dat Ibis eis.  
 Queq; nouum regem fatue expectiere. columbis  
 Improbis atq; vorax rex datur accipiter  
 Grecia Romanis cupiens resciscere habenas.  
 Perdita. Rectoris fert dira iuga mali  
 Queq; fidem capiti subtraxit acerbius e heu  
 Jam caput. 7 dñm sustinet illa truce  
 Optime phorcigena. 7 diuum iustissima cura.  
 Pegasidum quia non rura beata colis.  
 Inter multa quidem que me nescire fatebor  
 Ingenue. hoc vnum te ppe scire reor  
 Germanos vel ad hoc summo conamine niti  
 Quo sibi pcedant qd peperere caput.  
 Cum ppe finis adest. cessare 7 equicia phas est  
 Hypurim eneruat grex met equinus equis  
 Sic Sceptrum assyrijs. sic Medis. sic quoq; Persis  
 Sublatum. 7 Macedum forcia regna iacene  
 Inde ateo in terras mittit deus vltor. acerbos  
 Jam totiens morbos. febris et omne genus  
 Tot noua monstra. fera. 7 portenta ostenta pphana 7  
 Nature inuisam multimodamq; necem.  
 Quis modo septennē. vel saltē ad singula lustra  
 Non timet horrendam. mortiferamq; luem  
 Addo alios. aliosq; nouos. concrefcere in horas  
 Inq; dies morbos. quos siluisse velim  
 Sunt ea tela teum. quibus exitiale piatur.  
 Atq; flagellatur. deprimatur qz nephas  
 Fulmina et iccirco manibus fabricata cyclopum

In Iouis irati dicimus esse manus  
 Cum quibus a mundi compressit origine gentes  
 Atq; hominem docuit. vivere et esse deos  
 Singulaq; ut. quoru me copia longa fatigat.  
 Subticeam. hoc vni sit meminisse satis  
 Quod modo tam tetruz. quem dicere abheminoz. atq;  
 Horrendu. et fedum. dii. phibere pcor:  
 Pestiferum in lygures transiit Francia morbu  
 Quem mala de Franzos & omula lingua. vocat  
 Sic latiu atq; Italos inuasit ab alpibus extra  
 Serpens Germanos. Isticulasq; premit.  
 Grassatur Medijs iam Thracibus atq; Bohemis  
 Et morbi genus id Sarmata quisq; timet  
 Nec satis extremo tutantur in orbe Britanni.  
 Quos refluxum cingit succidnumq; fretum  
 Quin etiã fama est Aphros penetrasse Getasq;  
 Eliq; sua vtrumq; de populare polum  
 Longius hoc vitu. q; par sit. crescere vbiq;  
 Cernitur. e nostris corpora multa luunt.  
 Scorram Galle vocas. a Scor qd grecus Aletum  
 Dicit et impurum. ranciduluq; sonat  
 Sic Thimus dici posset. si rupta cruorem  
 Terruca daret. at siccor illa sece  
 Condiloma foret. Cangrena ve. grandior his sed  
 Pustula proserpit. sed numerosa minus  
 Nas a variolis. distinguit causa q; istis  
 Frigidus humor inest. hisq; Melancolicus  
 Sit quotiens proprijs Saturnus ab edibus exit  
 Inq; Iouis migrat morbifer ille domos  
 Nam tum reliquias duri senis atq; maligni.  
 Jupiter expellit. purgat. et euacuat.  
 Id qd ab octeni s Instris contingere crebro.  
 In terris vbi sunt corpora sicca solet.  
 Unde frequens gallis morbi genus id. vel iberis

Rarū apud gentes. frigus et humor ubi.  
 Non illi Chiron. nec item cum fratre machaon  
 Ferre salutarem posse fatentur opem.  
 Esto aliqui temptent medicinā adhibere et innungant  
 Corpus. et in saccum culleolumq; suant.  
 Crede mihi nocuit preceps medicina frequenter  
 Quodq; percussum est scabrius vlcus erit.  
 Sola iurat pietas superū. et mora longior atq;  
 Cum mitchridatis ope. phlobotomia frequens  
 Mensibus vixit quo sda cōtabuisse videmus.  
 Nec tandem ad plenum conualuisse tamen  
 Multis lepra minor visum est. Epidimia multis.  
 Ex posci atq; alijs mors cita. sepe solet.  
 Sic puto inclusus pungit. premit. veget. adurens  
 Inflammat. torquet. prurit et incinerat.  
 Poscamus veniam superos iteo atq; per aras.  
 Pacem a celicolis. vota precesq; petant.  
 Et saltem immunē seruet pia virgo. sub alis.  
 Magnanimū regem tam placidumq; suis.  
 Qui modo Scorofofos lygures agit in ur. 7 egros  
 Liber ut hoc morbo. Cesaris arma ferat.  
 Cesaris arma. simul sacri et dyatema reportet.  
 Rex pius. et summo dignus honore parens  
 Quē cuncti vnanimis ehisti de plebe sequamur  
 Et vixant gentes nos populum esse dei.  
 Et solq; itali imprimis regem obseruare benignū  
 Ne vos dexterior subruat. interimat  
 Alea quidē iacta est pernici. A hamnusia ludie  
 Atq; indignatur nos voluisse minus.  
 Nolite O virtus Germana. et viuuda corda  
 Desipere. atq; alijs linquere frena 7 opes.  
 Est aliquid mēbris caput orbis habere monarcham  
 Quem timeant gentes. regnaq; cuncta soli.  
 Qualis magnanimus victor modo Maximilian<sup>9</sup>

Qui fulmen belli est. pacis amator item.  
 Principis illius mallem iacuisse profecto.  
 Sub pete. quā externi sceptrā tulisse viri.  
 Simus iteo ciues capiti rogo subdita membra.  
 Sic patrius nobis māserit vsqz decoz.  
 Egregias animas prauoz. vmbraſqz sequamur.  
 Maiorem neqz enim de generare licet  
 Qui virtute sua. indore. armisqz pararunt.  
 Fortibus. imperiū. sceptri geram manum.  
 Sic Germana deus regna. atqz deifera mater  
 Perpetuo obseruent. Theutunicūqz decus  
**T** Tractat<sup>o</sup> de origine pestilential Scorre. sive mala d' Frazos  
 m̄gri Joseph Grunpeck de Burekhausen. felici s̄de Incipit  
**C** Capitulū p̄mū de hoīm plagis seu flagellis. An. Cui<sup>o</sup> est  
 naturaliter vel supnaturaliter ex diuina voluntate pueniāt  
 Olent abditariū rerū et a sensu seclularum solertissimū  
**S** mi indagatores. humanum corpus varijs aduerse  
 valetudinis incomodis affici fateri. vt id qd a tam  
 varie 7 multiplices q̄litate natura genitum sit. non  
 valeat nisi ab eadē etiā tenui morbis debilitari frangi quoqz  
 quum omne id ex quo connexū est. in illud postremo dissolui  
 tur. Abiunt etem eo oīa vnde orta sunt p̄terea infinitis tū fa=  
 miliaribus domesticisqz morbis laborare. tū infestis alienisqz  
 turbinib<sup>o</sup> affligi. vnde et plures admiratione ducti. cernentes  
 breue hoc tēpus veluti punctū vite tot piculozū generib<sup>o</sup> tot  
 morbis tot curis. tantoqz metu exercitari ausi sunt dicere. na=  
 turā hoī nihil p̄stabilius hoc breui vite curriculo p̄stitisse. qm̄  
 sensus etiā hebescunt. membra torquent. p̄mouit visus. audit<sup>o</sup>  
 dentes et iā cibozū instrumenta moy ineunte grandiori etate  
 elabuit. Et tū hoc tps vite anumeret. Ergo illud apud eos  
 p̄ miraculo habitū est. Xenophiliū musicū centū 7 qnqz an=  
 nis sine vllō corporis incomodo vixisse. O miseram hāc vitā  
 qua dū crebrius in eius tempestatū terribilissimis fluctib<sup>o</sup> 7 p̄  
 cellis exagitati. totiens etiā naufragiū p̄pessi sum<sup>o</sup>. natura



ipsa iniqua houerca hois ne his quide malis faciatata est. Sed maiores indies qualibetqz hora ⁊ vt ita dixerim omni momēto in miserū hoc aīal ceteroz ducem tumult⁹ excitat seuiuntqz in nos iā misera fonestaqz martis arma. iā falciferi saturni innumera mala. nūc pestilentia. nūc fames. magnoz pma maloz semp comes. Insup nouuz genus morbi nature iuisuz minati ferocitate. qd e deozum imortaluz olim aree in gallos demissum fuit. ocs mundi cardines inuadere enitit. pluribus in regionib⁹ atrocissime etiā incrudescens. Et xrsus pnestine forozes cuncta in hoc orbe huc illucqz versant. neqz istem in vestigijs pstant. hee pcellē ne cuncta recensendo longior sim quo e fonte scaturient. naturali an celestiqz an deifico. hoc loco differēduz erit. fatebor autez partim naturaliter. astrorūqz in fluxu. partim e diuina volūate accidere solere. id quo fiat modo. ex ordine psequar.

¶ Scdm capitulū de Pestilētia lib⁹ sagittis. p̄teriorū famiqz atrocitate. ac aliaruz huiuscemodi reruz incomodis. quō sup. naturaliter ⁊ e diuina voluntate emergunt. Unde etiā malū de Franzos hac ex causa oriri videtur.

Telestia contēplātiuz eozūqz oim q se sacris litteris v̄ dicitre hoim grauiſsimoz vtar auctoritate. au debo sedulo fari. ratōne cōſcientie. tria esse telozum genera. qbus dij imortales a mūdi origine nefariā audaciā hoim cōpressere. quē admoduz tria recēsent flagitia inter oia facile scda. q sunt insolentia nimia auri cupido alienis reb⁹ que ad se minime p̄tinet vim asserens. scelerata demū. libido. q q̄tm tanq̄ comites semp secuta sunt ea mala. pestilentia. sanguis effusio. vict⁹ penuria. Quippe diuini vates hoc testant. Primo Ezeh. vii. capitulo inqt. Relinquam eoz v̄os paucos a gladio. a fame. ⁊ pestilentia. vt enarrant oia scelera eoz in gentib⁹. Et rursum. v. capitulo. Pestilentia. fames. ⁊ sanguis trāsbunt p te. ⁊ gladiū inducā p te. Tum hieremias. xvi. perhibet. Persequar omēs in gladio. fame. ⁊ pestilentia. Quis inficias ibit his tormentis atqz flagellis cunctas gentes crucia-

ri. Tanqz nostro euo crebrius repetunt. raroqz vltra lustruz latent p̄stiniis x̄o dieb⁹ octena lustra quietius mortales viues bant. S; solet p̄fecto id esse cause. qm̄ p̄sto sunt ea ingentissima flagitia omniūqz execrabilissima. q̄ ante id t̄pis humanitas abhorrebat. ⁊ suū quisqz scandalū maximū ducebat. si m̄ nimū p̄petrare p̄xit. Tanqz singule etates singulis vicijis tā cōtamine cernunt. vt ne puericia quidē facinoris criminis ne careat. Unde hec etiā q̄ superiorib⁹ etatib⁹ latuerunt. plage horribilissime ingruunt. Quare haud clam est hec flagitia e dēifica voluntate in terram. ad terrore hoīm demitti. q̄ obrem etiā hec colluuiēs. quā malū de Franzos vocāt. ex supra vir dicta demergi par videri p̄t. coeunte x̄o hac causa. astris i p̄sis denegata est p̄tās. Juxta illud Hieremie. x. A signis celi nolite timere. que gentes formidāt. qm̄ dominus misit pestem in israhel.

**C**apitulū tertiu de p̄dictis. deoz telis. pestiferisqz fulminibus. Quo e natura ipsa stellarūqz cōfiguratoib⁹ oriuntur.

**E**im nature sancta penetralia adire conor. quo contemplanti mihi facilior ratio horuz fulminū pateret que tā multiformi amba ge. more vagantis fortune varijs cursib⁹ ingrediunt multipliciqz via humana corpora adoriunt. furtim reueratis forib⁹ euz introissem. neqz morula miuitissima cōmorandi data esset. hanc celerrimo cursu surripui eoz tormētoz causam. q̄ humanū corp⁹ quoz ex elementis cōflatū est. Nūmo. Unda. Igne. ⁊ aere. terra i carne ⁊ ossibus maxime apparet p̄pter terrenā soliditatē. Aq̄ x̄o i humoribus. celū continet in pulmone iccirco semp in motu est. quia ventilabz cordis se gerit. ne nimio calore cōsumat cor et dissoluat. Sedes ignis ē in corde iteo ifertus ē latum superius acutum quā formā figura ignis retinet. Unde ex mutatiōe elementoz sequitur alteratio corporis. Aliter x̄o se habente corpore alterat ⁊ natura ei⁹. Ea rōne plia obueniūt. Tā inflāmati corporib⁹. qd̄ fieri solet maxima siccitate domināte. qm̄ fit cōgressus hoz duoz planetaz Saturni ⁊ Jouis i signo igneo

Terribiū ⁊ opidoꝝ euersiones. regnoꝝ mutatoꝝ atqꝫ populoꝝ occisiones accidūt. Eadē rōne frumentoꝝ penuria laborat. Quēadmodū Aristotiles in eo q̄ de natura elementoꝝ ⁊ proprietatibꝫ liber inscribit̄ inq̄t. Anni ubertas ⁊ sterilitas sūt p̄ stellarū mutatiōē in signis diuersis sup̄ clymata septem et mortalitas gentiū p̄teritariū. atqꝫ regna vacua sūt. apud coelum stellarū duarū Saturni ⁊ Iouis. p̄ eorū etē mutatiōē de triplīcitate ad triplicitatē accidūt accidētia magna. p̄terea martis cū p̄fatis planetis cōgressus in casibꝫ eorū significabit terre siccitatē. sicut Albertꝫ in libro de natura ⁊ proprietatibus elementoꝝ phibet eueniri effectꝫ scđm cōuenientiam eorū fortitudinis pestilentia demū ex cōtaminatōe celi efficit̄. nā cum sit elementū valde aliter se hīs. ⁊ putredini accomodatum: nos q̄z aīalia p̄ aerē viuētia quā spiramꝫ. Sicut ⁊ alia pulmōnē hūta. necesse est vt celū illud purrefactū attractūqꝫ interiora corūpat. Scorra x̄o pestilentialis. quō latentē causam nature secretis euehat. altius repetendū ⁊ ad stellarū operationem confugiendum est.

¶ Capitulū q̄rtū. de pestilentiali Scorra. siue malo de Franzos dicitur. Originē trahēs e stellarū congressū. videt̄ p̄mitenda esse primogenia celi formatio.

e Tū diuine maiestatis cūcti potētisqꝫ creatoris. sedem altissimā esset cōteplaturꝫ. q̄ septem erraticis sideribus. lucidisqꝫ astris alijs innumeris decorata est. Signifero q̄z tanq̄z menibꝫ cincta existit. id in mentē venit. Eundē optimū maximūqꝫ deū ab eterno cū causis secūdis statuisse operari. Idcirco extēdi celū vt diuinus vates inq̄t. sicut pellem formans librū vniuersitatis cuiꝫ lris nemo decesset. Et vt Peolo mei x̄bis vtar. Sapiētis vultus huiꝫ seculi subiecti sunt vultibus celi vt serpens celestis terrenis dominet̄. Et draco celestis terrenis iperū iponat. Est autē hec mūdi machina optimo in ordine p̄fectissimoqꝫ creata. qm̄ in decēs fuisse. creatorem q̄cūqꝫ in laboratus mortali creature reliq̄sse q̄ ex re ambi guitas errorqꝫ inualuisset. vt ne hūana q̄dē rō de naturalibꝫ rebꝫ indē

Care potuisset. Nanc igitur homo genitā firmamēti seriem, quā fi-  
 gurā celi appellat. Iris mādabo. p̄supposita cōi. tā theologorū  
 q̄ astronomorū opiniōne. mundū creatū esse in equinoctio ver-  
 nali. Sole existente sub ariete. Ascendit itaqz in inceptōe mun-  
 di p̄m<sup>o</sup> ḡdus cancri. in q̄ cōsonat Jupiter. Arietis v̄o eundē  
 gradū decima dom<sup>o</sup> tenuit primū deniqz cap̄corni ḡdū septi-  
 mū obtinuit domiciliū postremo idē ḡdus Libre angulū tre  
 sibi v̄dicauit. et ea quatuor domicilia cardinalia seu angularia  
 vocitat. p̄terea domi succedētes. cadētēsqz peculiāres signorū  
 ḡdus sibi ducūt. Secūda t̄ciū gradū leonis v̄ndecima vicens  
 et septeno. ḡdus thauri. quāta vigesimū septimū Scorpiōis  
 Octaua ternos aquarij. Deiceps terciū domiciliū occupā-  
 uit ternos et vicini virginis ḡdus. Sextus septenis sagittarij.  
 Nonus vicem ternos pisciū duo decimū septenos gemiorū  
 ḡdus. Stellarū nunc erraticarū habitatiōes in quib<sup>us</sup> create sunt  
 cōuenit recenseri. Saturn<sup>o</sup> itaqz in aq̄rio domo sua p̄pria cō-  
 stitū<sup>o</sup> fuit. in viceni singulū ḡdib<sup>us</sup> sue exaltatiōis. Jupit<sup>er</sup> deim-  
 de in piscib<sup>us</sup> in octenis et viceni ḡdib<sup>us</sup> sue glorie. Mars in scor-  
 pione domo sua viceni et octenis gradib<sup>us</sup> sue exaltatiōis. Sol  
 in ariete domo sua v̄ndeciesimo gradu sue exaltatiōis. Ve-  
 nus in thauo domicilio suo septenis et viceni gradib<sup>us</sup> sue glo-  
 rie. Mercurius in geminis domo sua quintenis gradib<sup>us</sup> sue  
 exaltatiōis. Luna in Thauo. gradu sue exaltatiōis tertio  
 Caput draconis in ternis geminorū gradibus. Cauda au-  
 tem draconis in Sagittario domicilio suo in tertio exaltatiō-  
 nis sue gradu. Neminem vltimo fugere debet. q̄ Luna gra-  
 diendo per caput draconis fiebat cum Mercurio in signo  
 geminorū. et hic fuit primus illorū duorū siderū coitus  
 deinde alijs planetis iuncta fuit luna donec applicuit ad soles  
 quō fuit vigesima septima die ab ipsoz creatione. Licet autem  
 possit alia ab illa describi figura celi. ista t̄n contenti erimus. q̄  
 cōiecturaliter ab astronomis exarata videt̄. humanae siquis-  
 tem excedit vires calcuatio hec. nisi quibus diuina reuelatio-  
 ne id patefactus fuit. Nam anni ante diluuiū icerti sunt. Neqz

extant hystoriographi q̄ de his scripsere. Quamobrem ista res  
seruo iudicio ⁊ exami p̄torū cōferāq̄ calamū ad ānos mūdi.  
¶ Capitulū quintū de ānorū ab origine mundi calculatione.  
¶ Etatiq̄ distinctione. ¶ q̄bus coniunctionū planetarū noti-  
cia emanat. ex his tandē antedicta egritudo.

¶ Aliene scientie man⁹ inire vixat. cuius professio  
minime vel famā vel cōmodū adauxit. ne ve iners  
barbaroz agresūq̄ hoīm iudiciū subeam. q̄ p̄ eta-  
tem fieri cuncta censent. adolescentiā q̄s vicio dant. neq̄ bo-  
narū artū studijs predictā esse p̄tinaci verborū impudentissi-  
moz cōtrouersa cōtendūt. q̄z etiā pleriq̄ graues viri apud  
im̄ perū vulgū egyptes diiudicantur. vnde tales ad eos minis-  
me p̄coy attinet sermo. hem pridie is puer tantillus in buret  
hausen ludū litterarū incolebat. heri gymnasiū vidit. hodie  
oratorū officinā ingressus. illico nouā editionē clariorē luce lu-  
cubrātā emittit. Age obsecro putat te floridā etatē vel rerū  
venerarū illecebris. vel bestiali crapula triuisse. meritorū igi-  
terahis bene institute adolescentie. q̄ nullis laborib⁹ nullisq̄  
vigilijs excubijs. q̄s parcat. q̄ntū voluptatibus tuis effrenatis  
libidiniq̄ pestifere. requiei teniq̄ animi et corporis concedis  
qm̄ tū mihi sūmo ad honestas artes recolendas. ¶ Neq̄z am-  
bitionē q̄ adolescentiam imprimis laborare dicis. mihi obiece-  
ris. ¶ Itaq̄ nō tā me ambitio vrget q̄ntū te eday linor die no-  
ctuzq̄ torquet. ¶ Neq̄z fatebere me impijs in disciplinis. q̄ Astro-  
nomia Oratoria Medicinaq̄ iuuetutē traducere. qm̄ plura  
sunt. pace tua dixerim. q̄ te ignorare pudor est. q̄uis in altissi-  
mo cuiuscūq̄ etiā facultatis fastigio cōstitur⁹ sis. ¶ Egyptibus  
q̄ppe minorū rerū. maiora raro eueniūt. ¶ Ex q̄ oēs artes habēt  
quoddā cōmune vinculū inter se. suntq̄ ad inuicē colligate  
Sed ne lectorē tedio afficiā legendi. huiuscemodi conuicia ad  
rem ipsam vtexam. cui⁹ causa calamū ad scribendū impulsi. di-  
cturus siquidē de ānis fluxis ab origine mūdi theologoz mi-  
hi vsur pabo auctoritatē. q̄z error si a veritate alieni sunt. me  
q̄s delirare faciat. cōuenit autē distinctione etatiū p̄notare q̄s

diuus Augustin<sup>9</sup> sex dieb<sup>9</sup> mūdane creatōis adaptat. vt pri  
 ma et a tanq̄ dies vn<sup>9</sup> sit. ab adā vsqz ad diluuiū. Scōa inde  
 vsqz ad abrahā nō equalitate t̄pis. sed numero generatōnū  
 tēnas d̄ppe habē reputāt. Ab abrahā vsqz ad dauid tertia  
 Quarta a dauid vsqz ad trāsmigratōnez babilonis. Quin  
 ta inde vsqz ad xp̄i carnalē natiuitatē. Sexta uūc agit gene  
 ratio nullo nūero metienda. p̄pter id qd̄ dictū est. nō ē vestitū  
 nosse t̄pa vel momēta. q̄ pater posuit in sua ptate. De illis sex  
 etatib<sup>9</sup> tractauerūt oēs cronicarū sc̄ptores. p̄mi x̄o ānoz rōez  
 habē septuaginta interptes. Deinde Iosephus. Prosius. Eu  
 sebius Hieronim<sup>9</sup> Beda. q̄ qdē nō parū hnt iuter se discrimi  
 nis. cui<sup>9</sup> rei causa existit. Nā sunt parte p̄ toto q̄nqz em̄ an  
 nos incōpletos p̄ ānis integris. qm̄ p̄tereunt ānoz fractōnes  
 dies mēses horas minuta scōa tertia rē. Elapsi fuerūt igit̄ a  
 p̄ncipio mūdi vsqz ad diluuiū Noe. duo milia. cc. q̄drageni 7  
 bini āni. Deinde a diluuiō vsqz ad natiuitatē abrae fluxerūt noni  
 gētī q̄drageni 7 bini āni. A natiuitate abrae vsqz ad dō reges  
 fuerūt noningētī 7 q̄draginti āni. Et rursum a dauid vsqz ad  
 trāsmigratōnez babilonis trāsiere q̄dringenti octogeni 7 q̄ni  
 āni. Postremo. a trāsmigratōne babilonis vsqz ad xp̄m. p̄re  
 terierūt Quingētī nonaginta āni. Addēdo eos ānos oēs siml  
 resultant ab adā vsqz ad xp̄m q̄nqz milia centū 7 nonagita  
 nouē āni. p̄cisiorem calculatiōne d̄ltonsi tacit̄ nitate p̄traleo  
 Sermonē nūc vertā ad cōiunctōes maximas Saturni 7 Jo  
 uis. quas sequit̄ maior rerū alteratio.

**¶** Ca pitulū sextū de cōiunctōibus maxis saturni 7 Jouis. q̄  
 fluxerūt a mūdi exordio q̄s sp̄ secute sūt maxie trāsmutatōes.

Titonans pater formans astra ab initio. eisdē con  
 a misit et cōs inferiores tanq̄ pater familias. Sedulo  
 agentib<sup>9</sup> familiarib<sup>9</sup> curā rei domestice abicitur<sup>9</sup> tra  
 dit vt eadē gubernaret disponeretqz benigno vt salutari ip̄  
 soz ifluxit. q̄ cūctē q̄ hāc incolet mūdi domū. creature cōsultū  
 ac p̄uisum foret. cōstituitqz martē iudicē. Saturnū q̄ iusticie  
 b

executorē. Alios p̄terea planetas iudicy p̄stos ⁊ quasi media  
 tores. q̄ seueri iudicis irā demulcerent. vñ p̄miste eyeoz con-  
 greffib⁹. ⁊ cōfiguratiōib⁹ mirabiles in hoc mūdo alteratiōes  
 accidē. p̄sertim ex triū sup̄ior saturni iouis ⁊ martis. propter  
 lentuz motū eoz. Coit⁹ x̄o eoz est q̄dru pley. maxim⁹ q̄ ē tri-  
 uz noiatoz planetarū. significatqz res. maxias mayieqz mi-  
 randas. Saturni tñ ⁊ Jouis cōgress⁹ simplr dicit maxim⁹  
 q̄tiens fit in p̄ncipio arietis. p̄pter effectū. q̄s significat. mag-  
 nitudinē. quō autē q̄drifarie partit̄ hec coniunctō. Exequar  
 Itā saturn⁹ ⁊ iupiter in. xv. qz āno semel cōiungunt. ⁊ hāc ap-  
 pellant diuuctiōes minorē. Jupit̄ si q̄dē p̄ficit cursū suū i duo-  
 decis ānis. Satom⁹ x̄o in vicenis. vñ fit vt post vicenos ā-  
 nos cōgrediunt i nono signo ab eo in q̄ pus iūcti fuerāt. dein-  
 cept post alios vicenos in quinto a p̄mo. ⁊ post tertios annos  
 vicenos rursum coeunt in primo signo. ⁊ hunc coitū solēt vo-  
 care magnū q̄ cōiungit in seya genis ānis. Dicit qz significa-  
 re pluries sup̄ sublimatiōem regū ⁊ potētuz. sup̄ qz grauitatē  
 annone. ⁊ ortus vatū. postea q̄ itaqz in ista tripliciteate toties  
 iūcti fuerint. vt ad aliā migrēt coenneqz vocat̄ cōgress⁹ ma-  
 ior q̄ fit in duccētis ⁊ q̄dragenis ānis significatqz sup̄ mutatiōe  
 secte in aliq̄bns regionib⁹. Sed qñ ista migratiō fit de vna tri-  
 pliciteate in aliā. vt de calce caneri in p̄ncipiū arietis. demū de  
 p̄gressis maxim⁹. p̄pter reuolūtiōē saturni trigenis ⁊ binis  
 vicib⁹. fitqz in noniugētis q̄busqz ānis ⁊ seya genis. significat  
 qz sup̄ mutatiōe in p̄ior atqz regnoz sup̄qz ignitas imp̄ssio-  
 nes in aere diluuiū. et t̄re motū. sup̄ grauitatē postremo āno  
 ne Prim⁹ igit̄ coit⁹ maxim⁹ saturni ⁊ iouis i p̄ncipio arietis  
 fm̄ cōez op̄inione calculationēqz nō p̄cisaz ⁊ adequatā. sed ve-  
 ritati p̄pinquā. fuit āno a p̄ncipio mūdi tricētesimo ⁊ triceno  
 qd̄ cōfirmat̄ p̄ cōgressus minorē q̄rū senidē fluxerūt. a mū-  
 di origine vsqz ad hūc planetarū cōuctū maximū. q̄ hos tri-  
 centos ⁊ tricenos cōtinēt ānos. qm̄ vnusq̄sqz cōtingit in vice-  
 nis ānis. adiciēdo autē antedictū coitū maximū uoningen-  
 tos ⁊ seya genos ānos effluit sed⁹ q̄ fuit anno m̄di. 289 qm̄

ut dictū ē accidit sp̄ in noningentis 7 sexagenis ānis p̄suppo-  
 sito igit̄ illo p̄mo p̄ additōnes iūgit̄ nonigētoꝝ 7 sexagenoꝝ  
 ānoꝝ emanāt oēs reliq̄. Terti⁹ cōgressus saturni 7 iouis ma-  
 xim⁹ in ariete fuit āno a p̄ncipio mddi. 2 2 4 0. Quart⁹ āno  
 mūdi. 3 2 0 0. Quintus. 4 1 6 0. a diluuiō. 1 9 1 8. Sextus fluxit  
 āno ab initio mūdi. 5 1 2 0. a diluuiō. 2 8 7 8. Septim⁹ fuit an-  
 no mūdi. 6 0 8 0. a diluuiō. 3 8 3 8. vel circiter. post incarnatio-  
 nē xp̄i. 7 3 5. Sic in sūma vsqz mūdos stetit trāserūt septē cō-  
 iunctiones maxime. circa q̄s semp̄ magna monstra. portenta  
 7 p̄phana ostenta accidere q̄bus oēs hystorie referte sunt. qm̄  
 ab oib⁹ hystoriographis accurate lris p̄dita cōspicim⁹. Deta-  
 lius cōuent⁹ maxim⁹ saturni 7 iouis in ariete erit āno mūdi.  
 Si tē voluerit. 7 0 4 0. a diluuiō. 4 7 9 8. a xp̄i incarnatiōne  
 1 6 9 3. v̄l circiter. qd̄ aut̄ futurū sit. tē optim⁹ maxim⁹ vsqz no-  
 uit. q̄ exorand⁹ est. vt nos cōseruet hic seruētes. Sc̄da valitū-  
 dine post mortē x̄o eterno beatitudinis gaudio. has postremo  
 maximas cōiunctōnes eā ob rem notare volui. vt facili⁹ pa-  
 teat origo hui⁹ acutissime egritudinis. quā astroloicis ex cau-  
 sis conor̄ h̄ in q̄rere. sermonē nūc x̄tēdo ad cōiunctōnes maiores  
**¶ Capitulum septimū de cōgressib⁹ maiorib⁹ planetarū q̄ sunt**  
**p̄ncipales hui⁹ elluionis quā mala francoz appellāt. causa.**  
**E**luctariū egritudinū vel mediocrium vel acutissimū  
**e** marū coit⁹ infortunatoꝝ planetarū causa esse pote-  
 rit. Tāqz saturnus q̄ frigid⁹ 7 siccus existit. h̄z rōnes  
 atrebilis. illāqz generat atqz augmētat. Tñ etiā cōtinet sple-  
 nem mansionē ei⁹. Mars x̄o calid⁹ 7 sicc⁹ biles intuet̄. illāqz  
 creat 7 auget vendicat sibi q̄z fel̄ domiciliū eiusdem. q̄ propter  
 mars excitatoꝝ belloꝝ dr̄. In cōgressu igit̄ mollit̄ q̄sqz suam  
 maliciā p̄ferre ne inferior sit. Saturnus longoꝝ morboꝝ ex  
 atra bili orientiū facile parēs habetur. Mars rursum acutissi-  
 marū egritudinū ex bili flāma inextinguibili p̄fluentū prin-  
 cept⁹ existit. Tñ 7 illi⁹ mali de francoz originem sibi peculiare  
 ducunt. qd̄ ex corruptis humorib⁹ generari videtur. q̄s ad se  
 tanq̄ natos q̄s generarūt p̄tinere arbitrantur. ex coitus coꝝ  
 b ij



cōfiguratiōe atq; dominiū fortitudine. id ēo q̄ fiat pacto con-  
iunctiōnū maiōrū enumeratiō illustrabit. Teq; em̄ clam est  
me inter duos maximos saturni ⁊ iouis. ternos ad min⁹ ma-  
iores cōgressus fieri in ducētis q̄dragenis ānis. et multo plu-  
res minores Saturni ⁊ martis in tricenis. Et rursū plures  
alie cōtingūt de quibus ptolome⁹ in Centiloquio. vbo q̄nāgesti-  
mo p̄mo inq̄t. Te obliuiscaris centū viginti cōiunctiōnū que  
sunt in stellis erraticis in illis em̄ est maior sciētia eorū q̄ sunt  
in hoc mundo. Quinimo in quasilibet duas cōiunctiōes mai-  
mas. est ad minus vna reuolutiō orbis. id est octauae spere. in  
sevingentis q̄dragenis ānis. ⁊ etiā plures reuolutiōes magni  
orbis. in trecētis sevingentis ānis. sunt insup plures reuolutiō-  
nes saturni. q̄ q̄dē cūcta nō parū hñt significatiōis in p̄muta-  
tiōib⁹ seuarū regnōrū ingentiūq; egritudinū. ⁊ aliorū mag-  
noz effectū. sm̄ doctrinam excellētissimorū astronomorū  
Quāobrem q̄n earū cōfiguratiōnū plures incidūt i vnū an-  
nū. Sequunt̄ variā miracula. q̄ oib⁹ mortalib⁹ stuporū ⁊ ad-  
miratiōi existūt. Euenit autē paucis exactis ānis. Seuis sa-  
turni. ⁊ iouis cōit⁹. q̄ hui⁹ mali de franco. qd̄ tā misere igrūit  
causa existit. quē quidē pluribus verbis cōplectar.

¶ Capituluꝝ octauū. de p̄ma causa hui⁹ pestilencialis Scor-  
re sive mali de franco fluens excelest̄ constellatione.

Proximis idib⁹ nouēbr̄ib⁹ egyptiacū quēdā rinolū  
p̄ scaturientē e medio. vt aiunt. phylosophorū fonte  
celeri cursu transire conabar. Tam ⁊ assidue cursu-  
taudo eū philosophos atq; medicos. tum oēs etiā sapientes  
cōsulendo. Sedulo inq̄rendo intentissimeq; cogitando. q̄dnā  
id mali esset. qd̄ tam misere p̄mit. vrget. inflāmat. torquet. prū-  
rit. incalēscitq; mortalium corpora. Sudorifero nimio labore  
vsq; sopore p̄ligat⁹ fuerā. quū autē vnusq; se illi⁹ rei origi-  
nem ignorare fateret. illico statui Egyptiorū gymnasia adire  
Cūq; pauissem oculos in cristella illi⁹ flum̄is amenissimi vn-  
da. intueretq; maiores natū viros illic sese recreantes. q̄ rur-  
sum amabiliſſimos vult⁹ in me cōficeret cōsedi cōfabula-

uisq; Audius vo sciendi q̄s se gererēt. tum vn̄ q̄ aderat tex-  
 terā in aurē mihi susurrebat. eos dē esse Hypocratē. Galienū  
 Auicennā. Platonē. Aristotilē. Ptolomeum. Aliosq; ferme in  
 numeros astrologos recēsebat. q̄ de rerū naturalium celestiumq;  
 contēplatione dēsererēt. Int̄ cetera q̄dā hui⁹ mali de Franzos  
 causam discutere elaborabāt asserctes id esse plantam noctis  
 Alij Pentagonā. Alij lepre speciem. eis dē q̄bus hec egritudines  
 sanant̄. remedijs mereri. Alij sicca corpora dūtayat hoc mor-  
 bo laborare firmabant. Tercio gall̄ crebri⁹ eueniret. preterea  
 ex sat̄ni frigiditate. q̄tiēs domo sua egressus fuerit. ad domi-  
 ciliumq; Jouis migrasset. Quippe tunc Jupiter reliquias malū  
 uoli senis q̄ saturni expelleret in quadraginta annis crebrius  
 fieri solet. postremi dictuz hoc partim affirmabāt. partim vo  
 negabāt. licet etem fictionib⁹ corporib⁹ vt gallorum latioꝝ ve id  
 generis frequenti⁹ cōtingat. q̄ propter etiā francigenaz nomē  
 ppriuz sibi vendicauit. nāq; maluz de franzos vocitari cōsue-  
 uit nō autē a Germanis. Italis. Britānis. Anglicis. Sarmacis  
 alijsve gētib⁹ nomē sibi idituz accepit. Sed gallica de gē-  
 te q̄ sui nois moummentū. peculiare ac ppetuuz sibi inussit. qd̄  
 nullū vnq; passurus ē liturā. hac vo tēpestare repit nō solū p  
 latinū. S; serpit q̄ p germaniā. Sarmaciā. Bohemiā Thra-  
 ciam. Britaniā. ⁊ p̄sus omēs mūdi cardines vsq; occupauit  
 qd̄ pristis epib⁹ nūq; ē audituz. Priore igit̄ rōnē sedulo infre-  
 ciabant. ⁊ tāq; quo fieri potuit. vt idē morb⁹ de gallis ad tot  
 gentes trāsueheret quū eo ante hac francigine sepi⁹ labora-  
 rint. nunq; tñ menib⁹ vrbū pressi fuerūt. vt alia regna pete-  
 re phiberet. q̄nimo p orbis regiones sicut iā disseminati fuerunt  
 haud tñ id maluz in alios hoies miserūt. qd̄ iā ab altero i alte-  
 rum tanq; sagitta torquet. Quāobrem astroꝝ pitissimi laterem  
 hui⁹ egritudinis causam acuti⁹ inuestigātes plura sc̄pta  
 digna ptulere. q̄ hic nō est recensendi loc⁹. illud satis ē cōme-  
 morasse. redigisseq; i memoriā Galliā a Jove regi. Saturnū  
 supra angliā. Martē vo alemaniā dnari. vñ quuz postremo  
 vt mos est feruētis nouitatumq; aucte adolescētie. verba pre-

mere propria nequire. in eū proprii planetarū coitum. q̄ paucis  
 exactis ānis fluxit. eundē esse hui⁹ morbi propriissimā causā  
 varijs argumētationib⁹ ostēdēs. a singul⁹ mihi assensuz fuit  
 interim abire coacti sunt. Itaq̄ sese ab inferis ab immortalī Jo  
 ue. in flumīolū hūc missos fuisse ad hoīm salutē fatebant̄ ea q̄  
 sūmo cōsilio cōclusissent. Ob signata charta mihi tradidit̄ q̄  
 p̄ orbē terrarū disseminarē. sic e⁹ aspectu meo euaneuit magno  
 edito gemitu. Ego veluti stupefact⁹ in urbē redij. hāc q̄ sub  
 iunxi hui⁹ mali de franzos causam que sequit̄.

**C**apitulū. iv. de mala franzos. qd̄ manauit e maiore duoz  
 plauetaz saturni ⁊ iouis ingressu. ex qz solis radiorū amissioe  
 Tanto huius horribilis. terribilissimiqz portenti oī  
 bus mortalibus inauditi inuisi atqz penitus incog  
 niti causam varie differentium conuicio. diu mecum  
 multūqz cogitari. quid factu o primū foret. An populare iu  
 ditū subirem. An calamū ab omni scribēdi officio cōprimerē  
 Quū sic hesitarē. id mihi forte incidit. eū mētibus hoīm erro  
 rem inculcātū esse vt omnium rerum apud semetipsos acerti  
 mi censors esse vidētur. clarissimozqz virorum scripta apud  
 plerosqz ignorātes vicio dari q̄ tū sine omni menda in lucē p  
 didere. Itcirco si meaz operā minus p̄bent haud p̄pterea in  
 famia dignus sum censendus. cū dignissimū viri oī virtute sa  
 pientia atqz doctrina. p̄diti petulatissimā obrectatorum lin  
 guā minime effugiāt. testis est Elalerius. qui nullā ait esse tā  
 tam felicitatē qz malignitatis tentes vitare p̄ssit. Quāobres  
 dilacerē afficiaturqz omni ignominia fama mea ab indig  
 nis nō pudor ē scripsisse. Sed adolescenciā ignauiā luxu qz i  
 erti suae bonis lris traduxisse. Obsecro equū te p̄beas iudicem  
 qui hanc primū adolestētie mee editionē legis. Si humanita  
 te ipsa ductus ferim ad aliquē errorem. eundē pietate tua corri  
 ges. ne me futura scribēdi arduiora spe priues. Hanc autē ac  
 cipe huius Mali de Franzos inculcā casuam. Accidit q̄ p̄  
 Anno incarnatōis dn̄ice Millesimoquadringentesimo octo  
 gesimo quarto ex p̄uiescendus. Saturni et Iouis coitus die

vigesima quinta Nonēbris hora Sexta minuto quarto post  
 meridiē horoscopante Canceri gradu sup orizontē illius horo-  
 scopi cōuentus. Signū fuit infelicissimū Scorpionis Mar-  
 tis domiciliū. cernis et viceni eius gradibus. Et rigidus ille  
 atq; maliuolus Saturnus eccentrici sui eleuatōe ac circuli sui  
 latitudinis in septentrione altitudine et sublimitate. Jovem be-  
 nignū oppressit. Mars q̄z cōiunctōis domus regia in domo  
 ac regali signo et domicilio pprio p̄stitutus oēm illius cōgres-  
 sus gubernatōnē sibi v̄dicauit. Iupiter itaq; benignus Sa-  
 turni et Martis impugnatōne suis. subditis natisq; nequit sa-  
 lutare ferre subsidium. Deinde anno sequēti octogesimo quinto  
 vigesima sexta die. Martij horrenda et seu a solis eclipsis eue-  
 nit. cuius testimoniū magni illius conuentus significaciones  
 ingressum est. malignosq; effectus eius peiores redidit. Neq;  
 malicia ista hactenus terminata fuit neq; finem imponet. do-  
 nec ad aliam planetarum arcem migrabit. Illum cōgressus  
 ex pauescendum infinite fere tempestates secute sunt. iam pe-  
 stilenciales fluctus qui ad huc sentūt. iam bellorū p̄cellē. nūc  
 etiam famis turbinibus maximis pressi sunt miseri homines  
 p̄terea inuasit humanū genus ellentes hec pestilentialis. hoc  
 est Mala de Franzos. quod quidem hec coniunctō de Gallis  
 in Germanos trāsuevit. dehinc in alias complures regiones  
 Est namq; comptum q̄ Jupiter dñatur sup Gallias seu Frā-  
 ciam. qui est calidus et humidus. et ex humoribus vendicat se-  
 bi sanguinem. Domiciliūq; eiusdem qd̄ est epar. unde san-  
 guinem generat augmentatq; Virtutem quoq; vitālē cono-  
 borat. in calido etenim et humido conseruatur vita. Quāob-  
 re Galli ex natura gaudēt optima corporis dispositōne. celeri-  
 us tñ incidunt in morbos et grauius egrotāt p̄pter viuidi ca-  
 loris abundantiam. corporūq; repletionem. que quidem sa-  
 turitas humorūq; copia vehementius putredini i resto sunt.  
 Et ex quo in p̄fato Saturno et Jouis coitu. māsuētus salu-  
 tarisq; Jupiter. p̄ Saturnum ferocissimū sup̄primetur. Mar-  
 tis quoq; impedimento qui dominū ac imperiū huius con-

iunctōis peculiare sibi ducit. p̄stratus iacet. Sequitur calor  
 ⁊ humidi detrimentum. Quippe saturnus atram bilem quas  
 generat ⁊ augmetat inducit in corpus. quia frigid⁹ ⁊ siccus  
 exilit. nature infestus recentēsque humores corruptioni credit.  
 Mars princeps temeritatem suā cōmiscet bilem flāmia ignis  
 ardētiores priori malo adijcēdo. ita p̄fecto q̄ hī salutiferi hu-  
 mores tā ex sua primogenita natura migrēt. referta vitali ar-  
 ce moriferis humiditatib⁹ saturni ⁊ martis ut tā fetida. imūda  
 grossa sordidaque materies cōgerit. quā etiā hūanitas ipsa ab-  
 horret. fetoris rōnē h̄z saturnus. q̄ plane tā sordius fetidissima  
 rīqz rerū p̄cipē se gerit. vñ p̄ria causa apparet esse atra bilis  
 q̄ hāc impuritātē generat. Seda bilis q̄ auget eandē. Accen-  
 ditqz eas cōritas humiditates. Tā mars est pars oīs inflā-  
 mationis. Jecirco putor intrinsec⁹ i eo malo de francoz vīte  
 ferme eadē laborātes hoīes egritudine. igne cōsumē tā inflā-  
 mat. incinerat. torquet. premitqz ut miserabile sit dictu. plures  
 inqz sedari dolorē morte optant. Illā sordidissimā materiem  
 vī entit natura expellē ad naturaliaqz hoīm vbi ē cōgress⁹  
 venarū demittit. Tā ⁊ signū scorpiōis in quo cōuentus iste  
 planetarū fact⁹ est dominiū illi⁹ mēbri habet. neqz tñ p̄fecte cō-  
 tingit eo in loco expulsiō. quare ad alias diffundit corporis  
 nobiliores partes p̄pter sanguis corruptionem fluxit. Deinde  
 morb⁹ iste ad italos q̄ vident participare cū gallis. tū ad ger-  
 manos trāsuevit martis in illa cōiunctōe p̄cipatus. manat  
 postremo ad anglicos. atqz alios saturni ministros. Illud tñ  
 neminē fugere velim. oēs iouis natos maiori hui⁹ egritudis  
 formidine vergeri. q̄bus deinde signū illud cōgressus ascendit  
 in nativitate. Est alia etiā causa sepefati morbi reuolutio Sa-  
 turni decēnalis. q̄ āno octogesimo nono cōpleta fuit. ⁊ nunq̄  
 sine aliqua singulari mutatione preterijt. Tunc ad remedia  
 progrediamur.

**¶ Capitulum decimum de remedijs cōtra sagittas hui⁹ pes-  
 tiferi morbi sive proluuiei de francoz.**

Ex quo scizitte iste ex atrabilis acuitate bilisqz inflam-  
 mationibz dirutis in homie ppugnaculis erumpit  
 ab altero qz in alteruz torqueri vident. tanqz peregrin-  
 nus morbus. Probrem etiā cuz pestilētia affinitatē habet. Id  
 circo clypeoz opifices deligendi sunt. q̄ optime fabricent. Fa-  
 cile autem resistētis. vbi domicilio post te relicto. in quo labo-  
 rantes scorra decubunt. celuz claruz purumqz ante te tuleris  
 vbiqz ad hoz hoim cōsuetudine sedulo abstineris. Namqz ea  
 tela inficiunt aerē. q̄ multiplicat⁹ ad alterz itoyicat et eundē ip-  
 siz. Citare etiā ope p̄ciuz ē lauatoria cōia ac tē p̄ate. qm̄ poi-  
 patēt. Posteaqz vero q̄s̄ sēserit ventos anni motu aliquo  
 excitari. His premar rebz cythere melodia. psallēdi arte pyth-  
 agore. cōiunjs insit. Orpheus cuz Amphioē. Ven⁹ tū cum ce-  
 cere semoueant. Neqz bachus liberalit calices secundet. Dele-  
 ctabunt etiā iocundi sermōes de rebz altissimis q̄ nō moueāt  
 memoriā ad cogitāduz de egritudine hac. Stupham suffumi-  
 gent carbones ignei instructi mirrha cuz albo thure. aut gnis  
 iuniperi preterea epule aceto aut agresta cōdiāt. rectifcet au-  
 tem celuz vt in pestilētia. prio vniuersalit accēdēdo ignē ma-  
 ne 7 vesp̄ri pluribz diebz. quē admoduz galien⁹. in eo q̄ de co-  
 moditatibz tyriace libell⁹ inscribit. hāc purificatōz cōmēdat.  
 cuz in q̄. Quo circa laudo mirabilissimuz hypocrate. q̄ pesti-  
 lentia nō aliter curauit q̄ a poema ad elinos attinuit. nisi ver-  
 tens aerē 7 alterās precipit̄s ne attraheret p̄ respiratōez aer  
 infect⁹. iussit etem̄ in qualibet orbe accēdi ignē. nō sim plicem  
 materiā ignis habentē. sed flores 7 feta odorabilissima cōsu-  
 lebat esse cibuz ignis 7 insup ifundēs pigmētōz pinguisima  
 7 odore bonuz habētia. Laudo etiā ingeniuz Anthonij Cer-  
 uisoni q̄ muntent̄ strate a fumo rebuzqz alijs aerē inficiētibz  
 Rectificatō deinde aeris specialis hoc pacto fiat. Mane et ve-  
 sp̄ri optimuz est. vt cuz hoies voluerint se credere quieti. ignes  
 paupilluz accēdāt. quē foueāt thure. ligno aloes. Cariofoliis.  
 mastice. Cypressō 7 alyz rebuz id generis. deligat̄ de hinc do-  
 miciliuz in estate i locis declinibz. 7 de pressis ab impressiōe celesti

F. M. P.  
 1610

remotis fenestri a parte septentrionali atq; orientali qz' aspectus  
 optimus. Postremus remediū magis est necessarium qd' preseruat  
 hoies ab hac pestilentiali eluione. 7 est rectificatio corporum.  
 Et hoc contingit bifarie. Uno modo p' debitū vite regimen.  
 Alio mō p' debitā euacuationē. Ordinatū regimen debet esse  
 eo modo. ut oīa genera pisciū effugiant. Fructus deinde dul-  
 ces. Similit' carnes humide. ut porcorū. agnorū. castroium. om-  
 niūq; auisū aquaticarū. Hoies vtant' his carnib'. ut sunt pul-  
 li. galline iuuenes. vitelli hedi. caprioli. turdi. perdices. fasani.  
 auiculae alpine. potius q̄ cāpestres deligant'. Hec vero carnes  
 cum aceto aut agresta. succo limonum granatorū aut arāti  
 condiant'. laudant' qz' eo tpe acetū bonū magis q̄ acra. que  
 nō sic a corruptōne p̄seruat. nec sic humorū 7 spiritū inflam-  
 mationē extingunt. vescant' insup' his carnib'. assis potius  
 q̄ elixis. Ferulae sunt lenticule cū aceto condite. portulaca. la-  
 ctuca q̄z' p̄parata aceto. potius sit vinū bonū cum meracū. Sz  
 dilutū neq; dulce. vel aq' p̄mixta aceto vel agresta. vel succo  
 granatorū. Similit' sirupi acetosi aqua p̄mixti cōmendantur  
 7 sic patet p̄ma corporū purificatio. Secūdo rectificant' per eu-  
 acuationē. Quedā autē medicīne his tē pestatibus adhibente  
 sunt corpora euacuantes a multitudine humorū. Et quedam  
 corpora alterantes 7 p̄hibentes humores a corruptōne et ves-  
 neno sitate. Euacuantes in duplici differentiā sunt. quedā em  
 sensibiliter euacuāt. ut phlobotomia. farmacia 7. gargarisma-  
 ta. 7 similia. quedā insensibiliter ut fricaciones. pectinationes  
 Quantū ad p̄mas medicīnas cōsiliū p̄itorū in arte hac est. ut  
 corpora calida 7 humida sanguinea q̄ sunt caloris viuidi et  
 p̄sertim iuuenes 7 q̄ vtuntur carnib' 7 vino sepius phlobo-  
 tomia vtant'. plus tū vel min' s̄m repletionē vel sanguis ml-  
 titudinē. etatisq; cōditionem. qm̄ corpa talia maiori subiacent  
 piculo. humores siquidē corū put redini magis parati sunt. 7  
 item crebrius vtant' euacuationē p' farmaciā cum his pillulis  
 Recipe Aloes succultrum partes duas. croci mirre ana partem  
 vnā. incorporētur' cū paucō vino albo odorifero. 7 formentur

pillule. de quibus robusta et repleta assumant dragmā unā min⁹  
 et repleta et facile solubilia assumant dragmā. s. hec pillule hu-  
 miditates excrementas euacuant. et a putrefactione humores bo-  
 nos preseruant. Euacuatis autē supfluitatib⁹ p̄me digestionis et  
 sede. puocent sternutationes tres vel quatuor cum veretro pre-  
 tri et cubebarū ana. s. s. et misceant. fiant deinde gargarisma-  
 ta cū aqua frigida et aceto p̄mirra. per nares autē attrahat  
 aqua rosacea cum pauco aceto et camphora p̄ mirra. Euacu-  
 tiones et insensibiles sunt fricciones. quę fieri debent p̄ totum  
 corpus. maxime ad dorsum et brachia anteq̄ de lecto surgat  
 Pectinatōes longe fiant postq̄ surrexerint et supfluitates de-  
 posuerint. Et hec de medicinis corporis alterantib⁹ et euacuan-  
 tibus. Medicinę et alterantes et a corruptōe preseruantes sunt  
 tyriaca. antidotū. andromaci. postremo fiat hoibus laboran-  
 tibus hoc malo de franco vngentū s̄m arte tale Recipe ce-  
 ruse vncias. ij. litargiri auri et argenti ana. s. i. et s̄. mastice. oli-  
 bani ana vnciā. i. resine pini. s. ij. Alumis combusti vncias. ij.  
 Argenti viui extincti vnciā s̄. Succi malorū citromorū vncias  
 i. et s̄. Cere albe. Oleū oliue quantū sufficit. Gargarisma de-  
 inde taliter fiat. Recipe mellis rosati colati vncias. ij. Dyamo-  
 ron vnciā. i. et aquarū rosarū. matris silue plantagine florū  
 siliginis rubij et solidū minorū. ana vncias. ij. misceant in si-  
 mul. Reliquis in reb⁹ cōsulent dignissimi medicine doctores que-  
 sanius quā ego cōsulare p̄nt. preterea ad asripotentē ih̄m x̄pm  
 p̄maritū medicū cōfugiam⁹. ad eiusq̄ genitricē diuā virginē  
 mariā. quos ex hac turba et colluione scelerā ad seculū euehī  
 concedat vbi p̄suamur euo sempiterno.

**I** Habes Bernharde de vult kirch meo iudicio licet minus  
 graui sed simplici sinceroq̄ et hominis. vt ita dicam. tyronis  
 opusculū vtile lucubrātū p̄ximis tyronis nouēbris⁹. quod cau-  
 sam hui⁹ elluionis quę iam ingruit explicare videt. Na neq̄  
 quisq̄ insciari potest eā nō e s̄terē cōcuribus. configuratio-  
 nibus quoq̄ originē expromere. quum a natura ferme aliena  
 sit anteaq̄ inuisa incognita atq̄ penitus inaudita histe in re



gionib<sup>9</sup>. Si tamē nō est elaboratū subtili artificio. quē admo-  
 dum minerua phidie. seu Venus appellis. tamē gratum tibi  
 erit amici munus. Na nō postulo vt in archā aureā reponas  
 et tantifacias quanti Ptolomeus philadelphus bibliothecam  
 suā oīs generis librorū referatissimā estimauit. Neqz vt tanto  
 in honore reseruanduz putes. quanto Darius libros Homeri  
 retinēdus duxit euz scrinio capto inter spolia qđ erat auro gē  
 misqz ac margaritis p̄ciosum custodie voluminuz homeri da-  
 re p̄cepit. Neqz inhibeo posteaqz sedulo p̄legeris vt igni non  
 crederis. qm̄ non sunt Virgilij codices quos diuus Augustus  
 cōtra voluntatē eius cremari vetuit. Vale nobilitatis vnicū  
 specimen. Iteruz vale omnis litterature amator.

**Querimonia Mentagrici.**

Dicite morborū causas et signa docentes  
 Cur mihi mentastra peccat<sup>9</sup> et ora tumēt  
 In crescent papule distorto corpe putres  
 Et miuuit vires sp̄ in ore sitis  
 Noniferum s̄ualet monstrum nō tristi<sup>9</sup> illud  
 Et reor in fernus qđ cubat ante lacus  
 Nulla quies totas noctes suspiria duco  
 Polluit egrediēs pyima q̄qz vapor  
 Quis fert auxilium feret hic p̄doct<sup>9</sup> ioseph  
 Qui medicam nobis accumulauit opem

